Poſitio actoris. pono q. t. fecit teſtamentũ. item q in eo me heredẽ inſtituit. itẽ q in eo libertatẽ tibi pure reliqt. itẽ q teſtator ille mortuꝰ eſt. item q ex illa hereditate res illas ſubtraxiſti. itẽ q dolo malo vel lata culpa damnũ in rebz hereditarijs dediſti. itẽ q poſt hoc adij hereditatẽ. itẽ q ſciui qñ tales res amouiſti vel dãnuz dediſti. itẽ q adhuc reſtat de anno vtili ex q iſta feciſti. ꝓmiſſa probant. ff. e. l. j. rñ. j. 7. §. itaq. 7. l. ſi paulo 7 in. l. fi. re

Poſitio rei. po. q. t. reliquit mihi libertatẽ ſub conditione. item q viuente. t. domino meo res tales ſubtraxi vel damnũ quod dedi te ignorante feci. item q in illo dãno leuem culpam tm cõmiſi. item q iam annus vtilis tranſiuit. ¶ In ſumma no. q creditor põt furti agere ꝓ pignore ſibi ſubrepto ſiue per debitorẽ ſiue p extraneũ. quod dic vt. ff. de pig. ac. ſi pignore in prin. Ā. de hoc ſatis rof. vbi ſupra de ac. ſ. fur. non ma. vbi etiam tractat ꝺ fulone cõmodatario colono vſurario 7 vſufructuario. de quibus etiaz per hoſti. in ſum. de fur. §. cui detur. Z. ¶ Sed quomodo ꝓbabitur amiſſio pignoris. Reſpõ.

probabitur q̄ tali nocte latrones venerunt ad hostium suum ⁊ illud fregerunt. C. eo. t. pignus. ⁊. C. loca. ⁊ conduc. l. j. ⁊. iij. vel probabit se magnum rumorem ⁊ clamorem de nocte fecisse quando latrones erant in domo ⁊ q̄ surrexit ⁊ dixit vicinis tale pignus sibi fuisse surreptum ff. ad. l. falci. licet. de hoc plenius supra de pigno. §. j. versi. sed qualiter. ⁊ sequen. H. supp. et precedenti. et vide remissio. quas ibi dedi. Z. ¶ Sed quomodo probabit se habuisse pignus in domo sua quando latrones intrauerunt. Respon. per illos de domo ⁊ familiares. C. de repu. consensu. extra de probatio. tercio loco scdm Aber. de bo.

De vsuris. Rubrica.

H. Harum cobertioni ⁊ restitutioni commendabiliter prouiderūt noua iura. vj. ⁊ clemen. tria facit auctor. nam in principio ponit lib. quos habuit a bonagui. parte. ij. circa medium. ⁊ ab Egy. c. cxj. sub quo ponit libel. de diuersis materijs. ⁊ de ista ponit. iij. in. ix. ver. et duobus sequentibus. Secundo ponit verba Roffre. titu. de offic. iudic. quo vsure petuntur ex mora et ipsius libellum subdens vnam remissionem. Tercio formal duas questiones quarum prima fuit venerialis. lxxvj. vt infra dicam. secunda fuit additio. questiones subtiles ⁊ copiose tractatas facientes ad titulum. vide super regula peccatum. libro sexto de veniali. lxxvij. que etiam respicit titu. de remissionem super rubrica de magis. lxxviij. etiam ad titu. expedita est per decre. vigilanti. eodem titu. lxxix. est an lucrum ex vsura susceptum sit vsuram soluenti restituendum. de hac scripsi eodem titulo. quāq̄. post principium. li. vj. multas questiones ad materiā etiam de disputatis. quere eodē titulo quāq̄. li. vj. in glo. et super eas. ⁊ vltimam quam formal glo. de testamento vsurarij qui postea cauit plene prosequor super ea. quia dum hoc scriberem formata fuit mihi questio si p̄latus ⁊ conuentus mon̄. multum debitis aggrauati pone in mille per aliquod solenne ipsorum predium se volunt relevare vendendo scilicet fructus illius predij ad tempus puta. x. annorum pro mille cum fructus illius p̄dij communiter valeant centum quinquaginta an emptor licite talem contractum faceret. ⁊ eadē questio formatur in priuato sic vendere volente pro emptore. facit quod submittit etiam illa mille fortune ex quo nullos casus excipit hostilitatis. sterilitatis vel alios. Item dato q̄ cessat omnis sterilitas in capite. x. annorum non haberet nisi quingentas libras de fructu vel lucro ⁊ certe plus habuisset communiter in redditu veram emptionem faciendo de mille scilicet vltra quinquaginta annuatim. ⁊ aduerte quia hoc dubium facit infortunium in fructibus quia si fructus essent certi puta censuales redditus non submisi fortune ⁊ tempus certum plus traheret cōtractus ad vsuram. de quo satis scripsi eodem titulo in ciuitate. in magna glo. Idem cum dicis de isto q̄ solum quinquaginta lucrabitur. verum diceres si singulis annis. L. de capitali teneretur in archa. sed si annis singulis locaret illa. L. in emptiones prediorum ad rationes. viij. libr. pro centenario haberet in fine secundi anni. viij. libras in fine tercij. xvj. in fine quarti. xxiij. in fine quinti. xxxij. in fine sexti. xl. in fine. vij. xlviij. in fi. viij. lvj. in fine ix. lxiij. ⁊ sic solas centum annuatim in vestiendo haberet de illis vltra illas quingentas ducentas. lxxxviij. libr. ⁊ sic completo. x. anno habebit predia octingentarus libraru̇m item. L. libras de capitali scilicet vltimi anni. ⁊ habebit septingentas. lxxxviij. libr. de lucro vel fructu. vtilitas ergo consistit circa finem termini ⁊ in fine. nam vltimo anno cum non habet nisi. L. libr. de sorte habebit de illis quinquaginta libr. vel si vis brevius computare fructum pro sorte in primis sex annis habuit noningentas libr. in reliquis quatuor sexcentas. L. pro sorte vltra octis habet quingētas de lucro et quod percipere potuit infra sex annos et postea de illis noningentis hec verba quorum numerus brevius dici poterat sic extendi fauore ecclesiarum. ¶ Memor enim sum quendam prelatus rudem in terminis suprapositis dicere q̄ ille mille stabāt ad vnum den̄. pro libr. vel quinq̄ pro centenario quod idem est. sed casus conuertitur quando fuit de tempore certo ⁊ fructibus incertis quando fructus sunt certi sed tempus incertum scilicet ad vitam ementis. Hostiē. vt scripsi vbi supra se expediebat dicens tales contractus licitos vbi non fiunt in fraudem vsurarum nec sit deceptio vltra dimidiam ⁊ satis facit decre. fina. eo. titu. vbi propter incertitudinem excusetur contractus ab vsura. ad idem bene facit. l. sancimus. §. penult. C. de dona. ibi. incertus enim fortune exitus ꝛc. ⁊. C. de vsuris si ea. l. et l. oleo. ⁊ de vsufruc. ambiguitatem. §. j. ⁊ extra de sepul. sacris. cum. j. glo. resistit etiā ipse Hostien. in hoc Ray. ⁊ Goffre. quod vide in summa de vsuris. §. an aliquo. in vltima colūna. ver. item quidam de his qui emunt ab ecclesijs. predicti enim dixerunt q̄ quia predicti contrahētes credunt diu viuere intentio ipsorum est corrupta. ibi vide tamen vbi hoc casu multum viuit emptor non habet venditor conqueri qui ex contrario scilicet morte festina conquestus non fuisset. facit. C. de solutio. l. penul. Item est hoc accusare naturam contra. l. maximum. C. de libe. prete. vel ex. vbi autem aggrediamur tercium casum q̄ scilicet fructus sunt incerti ⁊ tempus incertum eo amplius incertitudo duplex excusat a vicio ad predictorum corroborationem allegatur sub diffinitione nō cadere cui non congruit diffinitum. ff. de aur. ⁊ arg. leg. l. quintus mutius. ij. §. cui aurum. siue autem vsura diffiniatur lucrum ex mutuo pacto debitum vel exactū dicatur lucrum accedens sorti ex pacto vel intentione corrupta. de quo satis scripsi in questione super vlti. peccatum. §. j. hic non cadit nomen lucri quod est proprie sorte ⁊ damno deductis. ff. pro soc. l. mutius. Item nec nomen sortis que preseruari debet sed hic statim consumitur. item nec est mutuum in quo agitur quod reddatur idem non specie sed genere. ff. li cer. pe. l. ij. Concluditur ex his. tribus non congrue nomen vsure. contractus autem emptionis approbatus est. ⁊ talis est iste qui etiaz de futuris fructibus fieri potest. ff. de pi. et cōmo. rei ven. l. necessario. alias. l. sequen. §. fina. ⁊ de contraben. emp. l. nec emptio. sicut de hereditate futura. ff. de here. vel ac. ven. l. cum hereditatem. ⁊ potest ibi alter contrahentiuz esse deceptus vsq̄ ad dimidiam iusti precij ⁊ non vltra. extra de empti. ⁊ ven. c. penul. C. de rescin. ven. l. ij. proceduntmaxime predicta vbi emens vsurarius nō est. vbi em̄ talis esset presumeretur facile contra contractum extra de pigno. illo vos in fine. Z.

In hoc titulo sic potes li. **Libellus.** Coram ꝛc. propono. contra. p. q̄ ipse a me. C. extorsit per vsurariam prauitatem vltra sort̄. quantitatem que fuit. C. quare peto illa. C. mihi reddi ⁊ restitui ⁊ ad hoc eum sententionaliter condemnari. si vero nondum extorsit sed nititur extorquere sic cō **Libellus.** Coram ꝛc. propono. cōtra cipi. libel. p. q̄ ipse conat̄ mihi violentiam inferre volendo a me. C. extorquere per vsurariam prauitatem coram tali iudice indebite me molestādo quare peto eum vos ecclesiastica censura cogi desistere ⁊ cessare ab huiusmodi violentia ⁊ iniuria ⁊ sibi super his perpetuum silentium sententialiter imponi. peto etiam eidem iudici per vos inhiberi ne de ipsa causa se vlterius intromittat. he forme probantur extra. e. quia in omnibus ⁊. c. preterea. ⁊. c. quia frustra ⁊ de iureiurā. debitores. ⁊. c. se. ⁊. c. ad nostras. ij. xiij. q. iij. plerique. et. c. se. ¶ Si autem contractus mihi in fraudē vsure sit simu-

latus sic cõci.libel. H. Scõm bonagui.7 ego.vt dixi.ab eis tamẽ discordat auctor q̃ ponebat maiorẽ summã in restitutõe.primus dc.xx. 7 restitueret.xxvj.scõus dc.x.7 restitueret.xx.puto auctorẽ latentiorẽ fraudẽ inuenisse que tamẽ non ꝓcedit nisi qñ maior quãtitas exp̃ssa fuit in emptõe vt qr mutuauit.lxxx.7 venditio dicit dc.C.et q̃ ꝓpter pensiones reddi sufficeret.xc.quicq̃d tñ sit ipsi 7 auctor põderat fraudẽ cũ vendit' qõ vere pignorat'.de vsurarior fraudib plene scripsi dc empt.7 ven.ad nr̃az in mag.glo.7 si cõstitutio quã ibi fieri optabã in.ℵsi.aliud nouum.7.ℵ.se.ab apostolica sede mansisset indubia fuisset questio exorta dc facto querẽs dc vsurario cui obligatus erã ad sortẽ 7 vsurã exegit a me vtrũq̃ 7 postea a me remissionẽ obtinuit ꝓius extincta in totuz obligatione 7 sic nõ est locus illi glo.si creditor.post remissionẽ vsuras exercuit 7 postea decedẽs ꝓfessus est se vsurariũ iubeat restitui vsuras ꝑ se extortas venit in dubiũ an remissione nõ obstãte illas vsuras solutas repetere possim Consuluim⁹ adoptiuus 7 ego in his recurrẽdũ ad cõiecturas facit dc renũci.c.ij.li.vj.inter quas satis est sortis illa q̃ post remissionẽ exercuit vsuras vt scripsi vbi.s.et fortior esset si remissio facta fuisset obligatõne nõ extincta vt ibi.Est etiã ꝓiectura sumenda ex quãtitate vsure an sit tpata vt que fit ad duos denarios ꝓ libza in mẽse vel ad min⁹ 7 tũc facilius p̃sumem⁹ remissionẽ volũtariã quia dc facto videmus curialib vsurarijs etiã non repetentib tales leues vsuras remitti sufficiat ad hoc dictũ. ff.dc ꝓba.l.ij.7 regula inspicimus li.vj.7 qõ ibi no.et in regula in obscuris.posset etiã idem cõiecturari ꝓ creditore qñ vsura licet grauis fortius si leuis maximã vtilitatem attulisset debitori puta hereditas notabilis erat delata nõ apprehẽdenda vel apprehẽsa pdenda si infra mẽsem nõ soluerent' legata pia qõ instituit⁹ facere nõ poterat nisi fenerator mutuasset facile hoc ꝓiecturari posset remissionẽ oblatã vel saltẽ fuisse volũtariã. Jtez vidi dc facto dãnandũ dc crimine capitali ꝓ potentẽ amicũ defensum a pena capitis que ꝓuersa fuit in penã pecuniariam 7 cũ ad illã saltẽ.j.terminũ statutũ soluendã ille nõ sufficeret ille potẽs 7 fenerator sibi illã mutuauit q̃ debitor postea sortẽ 7 vsuras soluit 7 vsuras remisit qs ip̃i⁹. nõ crederet remissionẽ ꝟ fuisse oblatã vel saltẽ volũtariam.his vel similib ꝓcurrentib nõ coget' heres vsurarij dc quo querit' vsuras remissas soluere sicut nec cogeret' soluere semel solutas eqpollent eĩ ista.viij.q.iij.talia.ꝺ testi.veniẽs.j.vbi ꝓcor.in ꝓma glo.7 patet.ff.dc solut.solutionis verbũ dc verbo.sig.liberatõis.7.l.solutõis ℵbo facit dc simo.p tuas.iij.sufficiat ergo qũocũq̃ sit satisfactum dc ap.p̃terea.ij.cũ ꝓcor.j.glo.7 his que sup ea scripsi facit qõ no. Hosti.in summa bui⁹ti.§.que pena ℵ. quid si fenerator.nõ ob.his qõ scripsi post dy.sup regula peccatũ in fi.li.vj.s.qõ remissio non liberet nisi pecunia sit parata ad restitutõez qr illud verũ quo ad peccatum nec mirũ qr etiã solutio facta hoc casu nõ liberat a peccato vt no.in cle.dc vsur.ex grãdi,dc pigno.illo vos i fi,7 scripsi i dcre.ad

nostruz alĩ.s. **Libellus.** Lo.ẑc.conq.dc.p.cui post principi. talem domũ vẽdidi ꝑ C.lib.hoc pacto siue tenore q̃ si infra duos menses postea sibi redderẽ.xc.lib.domũ ipam recuperarẽ pensionibus in sortẽ eius ꝓputatis q̃ ꝓtractus simulat⁹ fuit 7 instrumentũ fuit in forma vẽditõnis ꝓfectũ in fraudẽ vsure 7 canonis cõtra vsurarios ꝓmulgati.quare peto tam venditõez q̃z instrumẽtuz ipm cassari 7 annullari 7 cassa nulla ꝓnũciari 7 eis nõ obstanti.domũ ipam mihi restitui 7 ad hoc ipm.p.snialiter ꝓdẽnari maxime cũ vsuras ꝓsueuerit exercere extra dc empt.7 ven.ad nostram 7 dc pigno.illo extra.e.qr frustra.C.plus valere q̃ agit' ꝑ totum.C Porro in bone fidei iudicijs 7 in his que imitantur naturã ipsoz vt in legatis.C.dc in inte.resti.l.dc minori persona.7.C.dc vsur.7 fruc.le.seu fideicõ.l.j.ij.7.iij.ex sola mora veniũt vsur'.vt in p̃.l.j.ff.dc neg.gest.si pupillus.§.fi.7.l.qr nõ tñ vt vsure sed tanq̃z interesse.ff.ꝑ socio.sociũ qui.7 petit' iudicis officio loco p̃ncipalis actõnis sic ergo tũc lib.ꝓci. H. Scõm roff. vt dixi in prin.q̃ tñ sibi p̃i opponit q̃ libellũ sup vsur.petẽdis que ꝓhibite sunt formare nõ debuisset rñdet q̃ viciũ nõ est in forma libelli sed in subiecto qõ petit'. Jtẽ si excusat qõ format ꝟm opi.que hz tales vsuras que petũt' ex mora venire vt interesse in his ꝓtractib bonefidei. añ formatõem añt libelli ipe prius opposuerat vsuras nõ stipulatas peti nõ posse.C.dc vsur.q̃nis. soluit illud verũ in ꝓtractibus stricti iuris. Jtẽ opponit generalit'.n.iure ciuili vsuras dãnatas cũ leges sacros canones imitent' ĩ aut'. qũo oportet epi.col.j.7 dc eccl.ti.in prin.coll'.ix. 7 ibi satis dc boc 7 dc vsuris aut'.ad hec 7 extra.e.ti.qr in omnib in p̃ma glo.7 vt sup ea dixi erubescẽtia hui⁹ vicij cessat propter multitudinẽ peccãtiũ coiter vt etiã ibi scripsi Legiste fatent' vsuras illicitas sed negãt eas iure ciuili prohibitas.si vis in boc saturari vide quod scripsi in prc.regula peccatũ in quinto articulo 7 ideo plus nõ insto. Z.

Libellus. Lo.ẑc.cõq.dc.p.qui cum mea negocia gessisset sine mãdato vel cũ fuissz socius me⁹ vel tutor 7 tãtã pecuniã ꝓuertisset in vsus suos quã vel penes se retinuit vel in mora fuit q̃ mihi noluit soluere.ideo ꝓpter morazz p̃dicte pecunie nõ solute tãtã pecuniã noie vsurarz ex mora currẽtiũ mihi p̃stari ab eo peto officio vr̃o dñe iudex 7 ad hoc ꝓpo.officiuz vestrũ vt in p̃.l.7.ff. dc neg.gest.qr.ff.ꝑ soc.socium qui. C Utrum aũt dãna 7 interesse 7 sumpt⁹ peti p̃t no.s.dc fruc.7 int'esse.§.sequit'.7 se. C Pone vsurari⁹ rẽ emptã ex fenore dedit mihi post efficit' nõ soluendo querit' an possit. H. sup.q̃ soluit vsuras. Z. Illaz rẽ a me petere 7 vtrũ ego in foro aie teneor restituere 7 videt' q̃ nõ qr preciũ ex re furtiua redactũ nõ est furtiuũ.ff.dc fur.q̃ vas §.fi. Jtẽ vicia psonalia nõ transeũt ad successores.extra dc fi.pres.ex trãsmissa ala.7 fr̃. R.dicũt q̃ ille põt repetẽ 7 q̃ ego teneor restituere vt extra.e.cũ tu.succedit.n.hic res loco p̃cij sicut ecõtra p̃ciuz loco rei.ff. dc peti.here.si rem 7 p̃ciũ. Bal.ff.dc iuẽ.uo.l.pculus. H. Qõ cũ suppletõne quã feci fuit venerat'.lxxvj.7 dicit ibi bar.ala.7 tan.boc tenuisse vbi res puenit ex cã luctiua si ex nõ luctiua vide qõ dixi in p̃.dcre.cũ tu.sup glo.que fuit ala.7 vide p hosti.in summa bui⁹ti.§.fi.ℵ.neduz aũt.7.ℵ.se. Z. C Sz pone q̃ aliqua coitas recepit mutuo.c.a q̃dã habitatore ei⁹ loci boc pacto vt donec ei satiffieret nihil solueret ꝓ collectis 7 sic diu seruatũ est.demũ coitas solvit debitũ 7 repetit ab eo collectas nõ solutas tãq̃z vsurarias.querit' qd iuris 7 videt' q̃ sit vsura. Nã collectã soluisset ergo tãtũ lucrat⁹ est.§.ff.dc cõdi.ob cãm.l.fi.ad idẽ.ff.mã.inter cãs.§.si q̃s.ff.dc le.j.si fundus.§.titio.ad collectã eĩ omnes tenẽt' patrimoniũ habẽtes.ff.dc mu. 7 ho.l.rescripto in fi.C.dc mã.prin.l.fi. Unde absolut⁹ ab hac tãtũ accepisse videt'.ff.dc reg.iu.si q̃s obligat.7 facit.C.dc calũ.quin etiã.imo quãtũ soluisset nisi pactum fuisset tãtũ videt' dc alieno ꝓcepisse.ff.dc peti.here.ꝟ 7 si

§.q̄ antē.ꝛ.§.se. Unde videtur hec vsura cōpensari cū collectis ꝛ sic vsure ꝓcipiunt.ff. de rei ven. emptor.§.fi. rū.j.quia videt soluere q̄ ꝓpensat.ff.qui.po.in pig.ha. si debitor.ꝛ scriptū est mutuū dantes nihil inde sperantes extra de vsuris cōsuluit.ꝛ quicqd sorti accedit vsura est.xuij.q.iij.plericq; ꝛ ꝓ hac pte facit.ff. de here. vl ac. ven.l.iij.§.nō tm̄.ff.ad.l.aquil.si seruū. sed dic ꝓtra bal. quia iste magis in obligatōnem collectarū nō incidit q̄m de suo aliquid acceperit.ar.ff.ad.l.fal.l. ꝑcia rerum. Z. Multū.n.interest de suo lucrū nō tribuere ꝛ aliena non capere.ff. de dā.infec.ꝑculo.nec est vsura suuz tenere ꝛ nō perdere. Nam aliud est acquirere ꝛ aliud nō amittere.ff. de col.bo.l.iij.§.si is qui bona.ꝛ aliud est lucrū ꝛ aliud est sumptus quos quis factur⁹ erat.ff. de leg.iij.si meliores.ꝛ.l.si rem.ꝛ aliud est penā euadere ꝛ aliud aliquid lucratiue ꝓcipere.ff.e.imperator.§.si centū.ꝛ facit.C. de codicil.l.fi.ꝛ.C. de caduc.tol.l.j.§.siue autē.nec est idem damnū inferre ꝛ lucrū non capere.ff. de fur.si cui cōmodata.§.fi.nec est idem tua tibi nō auferre ꝛ lucra nō reddere.ff. de neg.gest.qui sine.vel soluere ꝑm ea que no.extra de vsur.ꝓquestus. H. Nescio quid velit iste finis ꝑ vt scripsi.e.ti.cōsuluit.sup.x.nihil distingui posse inter certa ꝛ incerta ar. decre.vl.eo.t. Z.

C De crimine falsi. Rubrica.

H. Principiū hui⁹ nigri vsq; ad ver.sed ꝑm canones fuit roff.in nostris libellis ꝛ libellus fuit.vj. in ordine libellor ꝛ continuat materia vsq; ad ver.si vero ibi facit iij.remissiones formādo circa vltimā vnam questionē. ad materiā ptinet questio d̄ teste qui falsuz deposuit nō iuratus quā vide sup regula nō est sine.li.vj.qōez.iij.et iij. Jo.de do.li.ij. vide de cōsti.c.ij.ꝛ li.sup ver.ignorantes. de teste qui ad requisitōem alterius iudicis cora suo iudice deposuit cora quo fieri debeat accusatio de falso vide.s. de teste.§.j.x.q̄d si aliquis. An ꝓpter pēdentiā accusatōis vel exceptōis de falso ꝯ testes q̄ deposuerunt de crimīe differri possit snia vltra tempus limitatū ꝑ statutū vide.s. de delegato.§.restat sup ver.quid si in statuto ver.ꝛ qz versiculus. Uber. de bo.tractat de duob⁹ ludentib⁹ ad par ꝛ impar.ꝛ ꝓditio ludi q̄ vnus facit postā aliquor denarior ꝛ alter rñdet par vel impar numerāt ff verū dixit lucrat⁹ est illas si falsum tot numero soluit. in posta illa reptus est vn⁹ denarius falsus quo ꝓputato vincit vnus al's reliqu⁹ querit an sit cōputādus q̄ sit alt. q̄ falsus rector ē rector. Jdē in falso testamēto vel falso modio.hec patēt.ff. de verb.sig.l.paul⁹ rñdit falsuz tutorem facit.ff. de act.empt.l.pe.§.fi. Jn cōtrariū falsus denarius nō dicit denari⁹.ff. de pign.act.l.elegāter.§. qui reprobos.distinguit an postā faciens sciret denariū esse falsuz ꝛ tūc sibi nō ꝓderit.ff.ad.l.cor. de fal.l.lege cornelia in ꝑn.al's sec⁹. C De alchimistis dubitari solet an incidant in penā falsi q̄dam eis adaptāt verba pauli.ij.ad Thy.iij.in ꝑn.q̄ vide.xxvj.q.v.nec mirū.ibi ꝛ iuxta pauli sniaz ꝛc. Similiter multis deceptionib⁹ dant cām nec est scīa pietatis.xxxvij.di.si qs. Dicit etiā illā artem vbi ad aurū tendit nō fieri sine auri decoctōe q̄d est lege ꝓhibitū. C. de aur.pub. ꝓsecu.l.j.li.x. Jn cōtrariū q̄ ex magisterio artis sine arte magica vel alia legib⁹ ꝓhibita. C. de thesau.l. vna.li.x. de vili metallo facit ꝑciosuz ꝓmendandus est qz in hoc auget rem publicā. C. de metallari l.j.li.xj.ꝛ isti metallarij ꝓuilegiati sunt ꝓtra ꝑ.l. vnam de thesaur.ꝛ.ff. de acq̄.re.do l.iij. vt ingredi possint alienuz fundū eo inuito vt. C. de metallar.l.iij. nec mutant vnaz speciē in aliā diuersaz sed vnā metalli speciē faciūt meliorem vt de stagno vel ere argentū vel aurū nec mirum cū videamus ex vermib⁹ ꝓduci sericū ex herba vitrū vt habet li. de ꝓprietatib⁹ rerū vbi de alchimista q̄ oīa metalla ꝓcedūt ex sulphure ꝛ argēto uiuo.sed ex xtute elementor maior ē influētia in vno loco q̄m in alio exq̄ euenit q̄ in vno loco vel minera fit stagnū alio argentū alio aurū.cū igit ars imitet naturā.ff. de adopt.l.adoptō nō vident alchimiste peccare si ꝓ virtutē herbar lapidū vel aliquor elemētor meliorāt metallū in metallū ꝑciosius cū ambo fuerūt eiusdez speciei ꝛ principi.facit insti.qui. mo.tol.obli.in ꝑn.ꝓsentaneū ē verbis tolli q̄d verbis inductū est. Et august.dicit in li. de ciuitate dei q̄ insunt reb⁹ corporeis ꝑ omnia elemēta que dā seminarie rationes occulte quib⁹ cū data fuerit opportunitas tēporalis vel causalis prorūpunt in species debitas suis modis ꝛ finibus.habet hoc ad literā.xxvj.q.v.nec miruz ante me. Jtem videm⁹ q̄ nō est grādis pena illi⁹ qui etiaz sciēter dat es ꝓ auro tenet enim crimīe stellionat⁹ cuius pena est extraordinaria.ff. de pig.act.l.j.in fi. et de cri.stel.l.ij. plus nostris diebꝫ babuimus magistrū arnold. de villa noua in curia romana summū medicuz ꝛ theologū de q̄ scripsi de ob.ie.cōsiliū qui etiā maxim⁹ alchimista virgulas auri quas faciebat consentiebat omni ꝓbationi submitti. Z.

Nic cōci.li. Libellus.

Lo.ꝛc.ppo.ego ꝛc.conq. de p.q̄ ipse hoc āno mēse tali regnāte tali fabricauit falsaz seu adulterinā monetam in ciuitate biterren.in domo guilī arnoldi legū ꝓfessoris in prima camera domus ꝛ ipm̄ coram vobis sup hoc accuso.quare peto eum ꝑ vos pena capitali puniri ꝛ puniendū fore sententialiter condēnari et ego luc⁹ ꝛc.vt.s. de accu.§.j.C. de fal.mo.l.j.§.si vero lōgissime.ꝛ hoc cum moneta falsata nō est aurea si vero sit aurea ꝛ esset ꝓpria imperatoris tūc dices quare peto ipm̄ falsariū flāmis igneis viuz exuri ꝛ ad hoc eū snialiter ꝓdēnari. C.e.l.ij. H. De hoc de iureiu.quāto in ꝑma glo.ꝛ vide qd̄ sup ea dixi. Z. Si aūt quis falsauerit bullā dñi pape vel imperatoris ꝛ vtit cōcipitur vt.s. in ꝑmo libello.verbis ꝓpetēter mutatis.C.e. l.j.in fi.ꝛ.C. ad.l.cor. de fal.vbi.ff.e.l.j.extra.e.ad falsariorū. Jn lr̄is vero vel sigillis regū vel iudicū vel alior tene vt extra.e.ad audiētiā ꝛ d̄ rescriptis olim.ꝛ no. de offi. delega.cū olim.ꝛ in alijs multis casib⁹ vbi de falso agit ꝓcieodē modo libel.hoc saluo q̄ in ꝓclusione dicas sic qua re peto ipm̄ ꝑpetua deportatōe puniri ꝛ ei⁹ bona publicari.ff. ad.l.cor. de fal.l.j.§. pena falsi. C Si vero agis civiliter de falso ages ad duplū ꝛ cōci.vt in alijs criminib⁹ ff.e.hodie. Sed ꝑm canones ꝯ clericū falsariū sic cō.lib.

Libellus.

Coram ꝛc.ꝓpono ꝓtra p.diaconū vl ꝑsbyterū vel rectorē vel canonicū talis eccl'ie q̄ ipe quondā literā vel bullā falsauit apponendo videlicet falsaz bullā falsis lr̄is vel extrabēdo filuz de vera bulla ꝛ ꝑ aliū filum imissuz eā falsis lr̄is inserēdo et sic de alijs que ꝓsequere vt extra.e.lz.ꝛ.s. de impugna.rescripti.§.j.sup quo eū coram vobis accuso. quare peto eū officijs ꝛ bñficijs ecclesiasticis ꝑpetuo ꝑuatū ꝑ vos nunciari ꝛ declarari ꝛ a suis ordinib⁹ degradari degradatū q̄ curie seculari relinqui legitime puniēdū ꝛ ad hoc ipm̄ snialiter ꝓdēnari. Et ego luc.ꝛc.vt.s. de accu.§.j.x.vl. extra.e.ad falsarior.§.nos aūt.ꝛ de verb.sig.nouimus.l. di.si epus.sed ꝓtra.xx.di.in memoriā. vbi is q̄ falsis lr̄is vtit mādat in vinculis poni puniēdus ꝓut pape visuz fuerit in ꝓdictis autē iuribꝫ punit nō expectata visione sed illud antiquatū est vel obtinet cū dubiū est delictuz. H. Facit de rescriptis ex pte.j.d̄ testi.cām q̄ ꝛ j. i fi. Z. Jtem dicūt quidā q̄ talis nō est ipo facto ꝑuat⁹ officio ꝛ beneficio. imo ꝑuari debet ꝑ snialiter sed lra illi⁹ ver.nos aūt ꝓtradicit vt videlicet ipm̄ factū snialiter declaratuz hāc penā inducat ꝛ ad hoc facit.extra de homi.ꝑ humani ꝓpe fi.ꝛ in fi.ꝛ de ap.reprehensibilis in ꝑn.ibi que ipo suo genere ꝛc. C Quid si qs nō falsauit sed vtit sciēter falsis literis **Libellus.** Coram ꝛc.vt.s. proxime sic ꝓci.libel. vicz quare peto euz iniūge officijs ꝛ beneficijs ecclesiasticis priuari ꝛ priuandū fore

sententialiter decerni vt in predi.c.ad fal.§.q; vero. Si vero album ptoris vel quaterni curie corrupant' qualiter tunc li.cõci.dixi.s.de do.7 cõtu.§.restat in pn. Item si messor falsum modũ referat dic vt.s.de paroch. Jtez super se.cõ.liboñ.qđ proditus est contra instruentẽ advocationẽ vel testimoniũ vel alia cõcip.libel.vt.s.de fide instru.ad fi. ¶ Hoc etiã no.q cõtra illũ qui deleuit chirographuz agit'.l.aquil'.vt.ff.ad.l.aquil'.l.in lege aquil'. H. Si deletũ 7 quid dicat.l.illa vide in suffra.decre.significauit de testi.cũ decre.materia cuz ibi notatis facit ad ppositus. Z. quod dic vt in libel.roff.in titul'.de directa actione le.aqui. ppe fi. H. longus est tractatus 7 est inter ciuiles ad ipsaz fi.vij.7 sequens questio ibi ẽ ad literam in vlt.colũ.x. Jtẽ querit' quid. Z. Sed qđ dicerent testes in pbatione hui⁹ criminis: Rñ.sic nos scimus q talis pmisit titio p aliqua cã.x.lib.sub cõditõne si nauis veniret ex asia 7 de hac promissione debitor facit chirographũ quod nec plus nec minus continebat 7.p. hoc chirographũ deleuit vel alter esto q nõ habebã testes qui interfuerũt pmissioni habeo tamẽ qui viderunt instrumentũ debiti.isti dicent nos vidim⁹ hoc chirographũ in prima figura in qua ptinebat' q talis ex cã donationis pmisit.t.x.si nauis ex asia veniret quod chirographum scripsit talis not'.7 hoc chirographũ.p.deleuit 7 hoc est quod dicit lex summatim pbari debitũ quia nõ ex toto pbo ptinentiã instrumẽti.C.de edẽ.aut'.si qs in aliquo. Bal. Et sic p testes qui legerũt instrumẽtuz p. batur tenor instrumẽti.C.de fide instru.sicut iniquuz et in aut'.si quis in aliquo.C.de eden.p Ly. Z.

¶ De sortilegijs. Rubrica.

H. Non curarunt de hac practici auctoris de materia recurre ad summistas 7 licet ecclesia sortilegia reprobet credit tamẽ maleficia vt patet in rubrica de maleficiatis de scientia 7 arte astrologie vel astronomie an sit iure canonico vel ciuili dãnata 7 an pena debebat' exercentib⁹ vel exquirentib⁹ ipsius scientie iudicia plene scripsi.e.ti. c.ij. Item q de sortilegijs 7 diuinationib⁹ est dicendum q aliqua sapiunt heresim aliqua nõ 7 ꝑmarũ aliqua sapiunt id manifeste 7 de his se pñt inquisitores heresis intromittere ỽ hereticis accusatus.§.sane.vbi de hoc 7 aliqua nõ vt ibi. curiosus circa hoc scire debet q thomas de superstitionib⁹ plene tractauit sc̃da sc̃de.q.xciij.7 tribus se. et ibi in.xcv.articulo.iiij.tractat de diuinat. que fit per inuocationẽ demonũ 7 illam asserit illicitã primo ex parte principij quasi tunc inuocans iniat fedus cũ demone 7 tunc fortius si sacrificium vel reuerentiã exhiberet inuocans demonij inuocato.secũdo ꝓpter futurum eventũ quia quicqd agit demon ad id tendit vt inuocãtem pducat ad aliquid saluti nocium sed an hoc sit hereticum nõ exprimit ꝓpter quod sciendũ aliquib⁹ theologis videri ponderandũ effectũ ad quẽ tenditur inuocans demonẽ.si enim inuocat ad mulieris amorẽ puocãdum attribueret' hoc superstitioni nõ heresi potissime q hoc ipsius est ꝓpriuz boies tentare contra pudicitiaz 7 ad animarũ lapsum vnde tentator vocatur. Mat.iiij.et Luc.iiij.in prin.licet igitur hoc sit turpe 7 fedum 7 graue mortale nõ tamen sapit heresim manifeste 7 sic nõ est locus p.§.sane hoc verũ nisi fieret cuz adoratione vt ibi no. Nam vt ibi addidi sup glo.si adorare hereticum heresim sapit vt ibi in.§.ille fortius demonem adorare vbi autem demon inuocat' ad sciendum futura p ipsius rñsa hic attribuit' creature qđ est ꝓprium creatoris ꝓpter quod videt' hoc heresim sapere manifestam Jsa.xlj.anũciate nobis que futura sunt in futurũ 7 sciemus quia dij estis vos. Circa hoc tamen vide Aug.xxvj.q.iiij.c.pe.7 vlt.fm pd.locum habet q voluntas 7 ꝓpositum distinguunt maleficia extra de sen.exco.cum voluntate.ff.ad l.cor.de sicca.l.divus.

¶ Dotes sic conci.libel.

Libellus. Lo.ẽ. propo.contra.p.q ipse sortilegus est vtpote qui hoc anno mense tali regnante tali in ciuitate tali in domo tali in prima eius camera vel in triuio tali demones inuocauit furta in astralabio vel per auiũ volatũ inspexit 7 alia sortilegia facit 7 sup hoc eum accuso.quare peto ipsum pena capitis puniri 7 ad hoc eum sñialiter condẽnari 7 ego luc.ẽ.vt.s.de accus. §.j.xxi.vlt.C.de malefic.7 math.nemo.7.l.se.sed fm canones sic cõclude.quare peto ip̃m infamẽ fore sñialiter nũciari.iij.q.v.cõstituimus.7.vj.q.j.infames.7 canonice puniri 7 puniendũ fore decerni.xxvj.q.v.contra idolop de cõse.di.ij.p dilectione.extra.e.c.j.7.ij. ¶ In duobus seq.ti.nõ est necessari⁹ libellus.

¶ De clerico venatore. Rubrica.

Q Oncipe sic libellum

Libellus. Lo.ẽ.propo.contra.p.rectorem talis ecclesie seu diaconum q ipse continue deseruit silluaticis venationib⁹ piscationib⁹. H. Saluari potest hoc verbum q id qđ dicit cõtinue deseruit als dicere debuisset aucupationib⁹ sicut dicit clemen. de sta.mo.ne in agro.§.porro in prin.7 vide qđ ibi no.7 sic soluit' contrariũ qđ sequit' 7 monachi texũt retia ad pisces capiẽdos. Nam piscari nõ est ꝓhibitũ cum 7 piscatores fuerũt sancti.lxxxvj.di.esau.7 vide qđ ibi no. Z. Et alijs huiusmodi voluptatib⁹ 7 vagationib⁹.quare peto ip̃m ꝓvos canonice puniri 7 puniendũ fore decerni.extra.e.c.j.7.ij. xxiij.di.quorũdam ptra de ꝓsecra.di.v.nunqm̃.x.testãtur.7 fm hanc formã cõci.li.in duob⁹ se.ti.

¶ De clerico excõi.ministrante.

D Je cõci.li.Libellus.

Lo.ẽ.ppo.ꝫ.p.q cũ ipe a tali epo ꝓ tali excessu fuisset excõicat⁹ vel interdictus vel suspẽsionis durantib⁹ hoc anno tali mẽse 7 loco tali regnãte tali nõ erubuit in ptemptũ clauũ diuina officia sicut prius celebrare imo quãtuz in eo fuit verius ꝓphanare.quare sup hoc eũ vobis denũcio 7 accuso 7 peto eũ a suis ordinib⁹ ppetuo deponi 7 deponẽdũ fore sñialiter declarari. Et ego luc.ẽ.vt.s. de accusa.§.j.x.vl.extra. e.c.j.7.ij.7.iiij.7 de do.7 cõtu.veritatis.7 de vi.7 ho.cleri. vt clerico⁹.§.si quis.xj.q.iij.de illis 7.c.si quis eps dãnatus extra de eta.7 qua.cũ boñ.xxxij.di. ꝓter hoc extra de excess.pla.tanta.

¶ De clerico nõ ordinato ministrante. Rubrica.

H. Ad summistas recurre 7 quis cũ isto dispenset 7 ad quid vide.s.de legato.§.nũc de epo⁹.x.viij.7 qđ no.c. ti.c.ij.in glo.pe.7 qđ sup ea dixi. Z.

Q Onci.libel.Libellus

Lo.ẽ.ppo.cõtra.p.q ipe sibi manu ordinaria nõ impositis vel eo nõduz in diaconum ordinato missarũ solẽnia celebrare vel euangeliũ legere solẽniter ꝓsumpsit.quare peto ip̃m q vos ꝓpter hoc canonice puniri 7 puniẽdũ fore decerni extra.e.c.j.7.ij.eodẽ modo cõci.libel. in sequẽ.duob⁹ titulis. In tercio vero titulo de excessib⁹ plat.qui generalis est nõ est necessari⁹ libel. de cui⁹ materia q speciales b⁹ operis titulos satis poteris ingenire.

De noui opis nunciatõe. Rica.

H. De practicis auctoris solus Roff. hoc psequit' inter edicta: 7 est antepenultimum in ordine. 7 voluit auctor sequi ordinem. ffor. vbi ad hãc rubricã continuat' rubrica de dam. infec. Roff. autẽ cõiungit illã primo põtoris stipulatõibꝫ. Secũdo illã reassumit inter. viij. cautiones. et est quarta an denũciatio noui opis fieri possit die feriato: et an causa ipso die tractari scripsi plene. s. de fer. §. sequit': vltra prin. De illo qui denũciauit nouũ opus p iactum lapilli: dicens q̃ ex parte pape ꝓpter id nolens litigare coꝝ ordinario. Jo. de deo. li. iiij. q. ij. dicit q̃ si ipe non verificat quõ ex pte factum fuerit vel fieri poterit non mutabit' p id qđ ius diffinit de his nunciatõibꝫ. 7 hoc nisi appellassz ad papã tali appellatione cui deferendũ foret. de appel. si duobus. al's vt dicit facile esset cuiq̃ ledere vel multum tardare ius primi cõtra id: de pe. di. ij. charitas. ℞. itẽ primos. Probet ergo infra tres menses de iure suo. 7 seruetur decre. vlti. e. ti. de duobus fratribꝫ: quoꝝ pater vni dimisit furnum alteri salmariũ. qui secundus etiã vult facere furnuz cum antiqua cõsuetudo habeat contrariũ. Jtez de duobꝫ fratribus quoꝝ pater comit'. vasallus reliquit castruz maiori alteri latas possessiões cũ castro feudales: an maior possit fratrem phibere in possessionibus illis facere castrũ. has Dyleus tractat. q. xxxvj. primaz. 7. xcj. secundã. In prima tenet q̃ potest. ff. de dam. infec. pculus. de aqua plu. ar. l. j. §. item aiũt. 7. l. si in meo. In secunda idez dũ modo illa factio scandali vel seditõis materiã non prebeat qđ iudicis cognitõi relinquit. al'. ff. de opi. pub. l. ij. ꝺ ser. vr. pre. cum eo. Z.

IN hoc ti. hoc ordíe pcedemus. Naz primo de noui opis nũciatõe dicemus. Secũdo ℞o de cautione damni infecti supponem⁹. Edificãti ergo in solo tuo vl' edificare volenti plerũq̃ denũcias ne edificet: qui spreta denunciatõe nihilomin⁹ edificat pditũ. Est ergo tibi interdictũ de noui opis nunciatiõe ꝓpter qđ cogetur destruere suis expensis: qđ fecit etiã si iuste edificauit. ff. de no. op. nũci. l. j. 7. l. põtor ait: in prin. 7. l. rem. extra. e. c. j. 7. pe. 7. j. ℞. quid si quãdo. sic ergo libel. cõci. H. ℑm Rof. vbi. s. q̃ numerat. x. q̃ requirunt' q̃ p positões patẽt: 7 totũ ei⁹ ibi ad lr̃az vsq̃ ad ℞. q̃lit'. Z.

Libellus. Coꝝ ꝛc. conque. de. p. q̃ postq̃ nũciauí sibi nouũ opus in edificio tali p iactũ lapilli. H. Quare hoc dicat' vide no. eo. ti. c. ij. sup. iij glo. Z. Jpe edificauit. vnde peto q̃ illud qđ post denũciatõez edificauit suis expensis destruat. 7 ad hoc ꝓpo. interdictũ de no. op. nũci. vel ac. infac. furro. in locuz eius: vt in pre. concor. 7 extra. e. c. ij. ad prin. 7 hoc quãdo edificãs possidet. Si aũt alius. H. dixit Roffr. edificauit 7 alius possidet' ꝛc. vt sequitur. Et scias q̃. l. pe. loquit' in berede eius cui fuerat nunciatũ 7 qui opere facto decessit. l. fi. non pbat ad qđ inducit' 7 loquit' in emptore post denunciatiõem factam venditoꝝ 7 edificauit emptor fateor q̃ inter solutões contrarij glo. ponit istã. Z. tenetur qui possidet pstare patientiã tm. ff. e. l. pe. i fi. Ac. ergo sic po.

Positio actoris. po. q̃ de no uo vis imittere i edes meas. Jtẽ q̃ de nouo edificas cõtra leges vel sena. cõsu. vel ꝓstitutões: vl' q̃ vis destruẽ domuz istã. ff. e. de pupillo. §. publica. ff. fini. regũ. l. fi. ff. de cõtraben. empt'. l. senatus. ff. de leg. j. cetera. C. ꝺ edi. pri. menia. Jtẽ q̃ edificas cõtra seruitutẽ que mihi per talem locum debet'. Jtez q̃ vis facere tale opus. Jtẽ q̃ vis illud facere in tali loco. ff. e. l. j. §. hoc autẽ edictum. Jtẽ q̃ vis illud de nouo facere: vt. e. l. §. siquis edificiũ. 7. §. opus nouũ. Jtem q̃ es socius. t. in re illa hoc cõcesso cessat oppositio que fit p. l. ff. e. in ꝓuinciali. Jtem q̃ quãdo nunciaui tibi nouũ opus i re illa nũciaui in qua fiebat opus. Jtem licz q̃ illa res sit cõmunis tibi 7 alijs: ego tibi nũciaui in re psenti. ff. e. de pupillo. §. nunciationem. 7. l. siquis forte. 7. l. opus nouũ. 7. l. cuilibet. et. l. in ꝓuincialibus. §. si in loco. 7. l. j. §. fi. 7. l. ij. Et cum res est cõmunis sufficit vni nũciare. ff. eo. de pupillo. §. si plurium. Jtez q̃ iuraui te non nũciare animo calũnie: vel etiam fui paratus iurare: vt in. l. de pupillo. §. qui op⁹ nouum. Jtem q̃ nũciaui in tali pte edificij vel in toto. Jtẽ q̃ quando nũciaui opificibus tu sciuisti: vt j. ℞. fi. Re⁹ ℞o sic po. q̃ tale soluz in quo edifico est pleno iure. t. Jtẽ q̃ iã est ann⁹ q̃ illud opus feci: vt in pre. l. de pupillo. §. qui opus nouũ. Jtez q̃ duo menses tm̃ sunt q̃ nũciasti nouũ opus. hoc cõcesso patz q̃ non est opus futurum: sed factũ. ff. eo. l. j. §. hoc autem edictuz. sed aduersus facta opa competit interdictũ q̃ vi aut clam: vt ibi. Jtem q̃ solũ vbi edificaui est mihi 7 tibi cõmune. ff. eo. in ꝓuinciali. Jtem q̃ tali edificio qđ iam erat factum facio fulcimentũ. Jtem q̃ opus qđ facio est riuus vel doaca. ff. de riuis. l. vnica. ff. eo. de pupillo. §. siquis. Jtez q̃ requisitus noluisti iurare te animo calũnie non nũciare. Jtem q̃ eraz absens quãdo nũciasti. extra. e. c. ij. ad ꝑn. Jtem q̃ opus erat consumatum priusq̃ redijssem. j. ℞. fi. Jtem q̃ licz nũciaueris nũciatõem illam remisisti. ff. e. l. j. in prin. ff. de remiss. l. j. Jtem q̃ mihi tm̃ et in tali loco tm̃ nũciasti. Jtẽ q̃ in alio loco. s. tali fiebat op⁹. ¶ Qualiter autẽ sup cautiõe que pstatur ab eo cui nouũ opus nunciat'. li. ꝓci. dixi. s̃. de pig. 7 alijs caut'. §. sequit'. ver. item sepe. ¶ Jtem qualiter ipa cautio formet' vide. s̃. ꝺ satisda. §. fi. ¶ Jtẽ si post vel contra denũciationẽ tuam vel te celante opus in tuo fiat cõpetit tibi interdictum q̃ vi aut clam. super quo conci. li. vt. s̃. de resti. spol'. §. j. ℞. ceterũ. ¶ Sed nũquid denũcians debet pẽs esse in loco. vbi fit opus: videtur q̃ sic. ar. ff. eo. de pupillo. §. nũciationez. 7. §. se. ℞. generaliter. ß videtur sufficere si remotus fit: ita tamẽ q̃ audiri possit. ar. ff. de ℞bo. oblig'. l. j. circa prin. ¶ Sane. H. Hic incipiũt verba Roffr. in pe. interdicto qđ ꝓtinuat. s̃. ti. pri. et hoc vsq̃ ad ℞. 7 no. Et quatuor que in hoc requirũtur positões ostendunt. 7 hanc etiaz reassumit vbi. de. xiij. cautõibus. 7 est quinta. Z. p pcedens interdictũ succurritur ei: post cuius denũciatõem edificat' vt illud destruatur etiaz si iuste fiat: vt dictũ est. Est 7 aliud interdictũ. s. vt liceat edificare ei cui nunciatum est si satisdederit: p qđ consulit' ei cui nunciatũ est: 7 est phibitoriũ. s. ne vis fiat ei qui satisdedit de ope destruendo si velit edificare. ff. de no. op. nũci. ait põtor. §. deinde. et. §. hoc interdictũ. sic q̃ li. cõci.

Libellus. Co. ꝛc. ꝙque. de. p. cũ mihi nũciassz op⁹ nouũ 7 sibi satisfederim ꝺ ope deinoliendo si appareret me iniuste edificasse vl' paratꝰ essem satisdare. 7 sic vellez edificare me phibere 7 impedire quo minus edificarẽ non cessat vl' me impedit edificare. vnde ago ꝓtra eũ ne me impediat edificare. 7 ad hoc ꝓpo. interdictũ de no. op. nũci. quo cauet' ne satisdatõe pstita ab eo cui nunciat' nouũ opus impediatur quo minus edificet p acti. infac. furro. in locũ eius: vt in pre. §. deinde. extra eo. t. pe. in fi. Ac. ergo sic ponet.

Positio ac. po. q̃ mihi nouum opus nũciasti: vt in pre. §. deinde. et. e. l. §. ß interdictuz. Jtem q̃ tibi caui q̃ si appareret me iniuste edificasse opus factũ destruerem: vel fui parat⁹ cauere. hec em̃ paria sunt: vt in pre. cõcor. Jtẽ q̃ phibes me volentem edificare post satisdatõez a me pstitã: vt in pre. §. deinde. Jtem q̃ est min⁹ anno q̃ hanc phibitõem fecisti. ff. e. põtor. §. hoc interdictum. Re⁹ ℞o sic ponet.

Posi. rei. po. q̃ nũciaui tibi nouũ op⁹. Jtẽ q̃ petij qđ mihi satisdares. Jtez q̃ cauere recusasti. Jtez q̃ iam trãsiuit ann⁹ ab eo die exquo dicis q̃ te phibui. Jtem q̃ paratus fui infra spaciũ tri-

um mensiuꝫ de iure meo ꝓbare ⁊ noluisti me expectare. extra. e. c. fi. ¶ Et no. q̄ is qui. H. reuertitur ad verba Roff. sup interdicto. s. pri. ⁊ hoc ibi vide in fi. j. colum. Z. Nouū opus nūciat sapienter aget si cor̄ tabellioē ⁊ testibus facit mensurari edificij longitudinē latitudinem ⁊ altitudinē. q̄ cū opus factū post denūciatoēz demoliri debeat: vt. s. p hoc sciet postmodū quātuꝫ post denūciatoēz fuerit edificatū. vt. ff. e. non solū. §. q̄ opus nouū. Sꝫ nūquid ver̄ est q̄ si iure edificatū sit post denunciatiōem q̄ illud debeat destrui: vt dixi. s. in ꝑn. nō videt. q̄ si vocatus qui venire tenebat nō venit nō incidit in edictū. ff. ne quis eū qui in ius vo. est vi exi. l. iij. ⁊ ar. ff. de furt. non videt. ß dic contra. ⁊ hoc q̄ ꝓtempsit auctoritatē ꝓtoris. Sꝫ certe ⁊ in ꝓdictis ꝓtrarijs ꝓtempsit. ß hoc locū hꝫ in dubio. nam si certū esset q̄ aliquis calūnioſe nūciasset non debꝫ edificatū post denūciationem demoliri ſm Roff. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi. exi. l. j. ¶ Quid si. H. ꝛ. iste fuit Roff. ꝓtinuatus libello versiculos qui sequūtur ibi vide in. iij. colū. ꝛ. sed quid si q̄n. ⁊ ꝛ. ſc. Z. q̄n fit nūciatio opis: ⁊ in re p̄senti null⁹ erat p̄sens: nūquid tenet nūciatio: Jo. dicit valere. ar. ff. de dam. infec. l. dies. §. totiens. C. de an. excep. vt pfectius. ff. q̄ vi aut clam. l. aut qui aliter. §. ij. in fi. ⁊ valebit hec nūciatio. q̄ postq̄ dñs hec sciuerit dꝫ abstinere ab edificādo: q̄ si non fecerit destruere tenetur naꝫ ⁊ nūciatio facta furioſo tenet. ff. de no. op. nūci. operis. at ille magis dicit ignorās q̄ aliquis. ff. de ritu nup. in eo. §. inuitū. C. de fal. mo. l. j. vl ibi tenet in p̄iudiciꝫ tutoris ⁊ curatoris si sint soluēdo. ar. C. de iudi. ꝑpetuādum. §. fi. ¶ Sꝫ q̄d si fit nūciatio fabris ⁊ opificibus vt dixi ⁊ illi non obtinēt. postea venit dñs: nūquid op⁹ factum post nūciatōem dño ignorāte debet destrui: Rñ. non. ff. e. de pupillo. §. siquis forte. H. valde plene ꝓsequit hoc dictū. ⁊ exponit hūc. §. Hosti. in summa. huius. §. cui fiat. ī. j. colū. Z. Illō antē q̄ dñs fecit postq̄ sciuit nunciatōem debet destrui. H. nisi forsan denuncians sciens edificatū satisdatiōem simplr recepisset. vñ disputauit Dy. q̄ si is qui vere ius edificandi habebat nunciatōez sibi factā ꝓtempsit. ⁊ post illā edificauit pone ad tres pedes. ⁊ demuꝫ satisdedit nūcianti scienti sic edificatū: ⁊ ꝓcessit in ope: nō poterit nūcians petere demoliri illos tres pedes factos post nunciatōez ante satisdatōem. ⁊ hoc triplici ratōe. Prima q̄ petitio demolitionis locū hꝫ ante satisdatōez nō post: nisi ꝓnūciet nō iuste edificatū. ff. e. ti. stipulatio. §. j. ⁊. §. hꝫ aūt. Secunda q̄ facta remissiōe tacite vel expresse ex nūciatiōe agi non potest. e. ti. si opus. Tercia q̄ stipulando opus demoliri si iniuste apparebit edificatū videt al⁹ denūciator remittere prius delictū ⁊ eius penā. ff. ō solu. q̄ decē. §. j. ⁊ de noua. l. quot. circa prin. ⁊. l. si stichū: in prin. ꝓ hac pte bñ facit. l. e. ti. de pupillo. si is. vbi dicit satisdatōe data fore ꝓinde ac si nunciatū fuisset. Sed incōtrarium facere videt. l. sciendū. vbi dicit q̄ denūciatōe remissa tacite vl expresse salue remanēte alie actōes. ergo demolitio peti poterit. Sꝫ dic illud nō intelligi de actionibus q̄ inceperūt ꝓpetere ꝑpter nūciatōem. ß de his q̄ ꝓpetebāt ante nūciatōem sicut essꝫ negatoria vl ꝓfessoria. de q̄bꝫ satis scripsi de ꝛ. sig. abbate sup. j. glo. cuꝫ suis remi. Et aduerte q̄. q. Dy. fuit de illo q̄ post nūciatiōez sciebat edificatū. sec⁹ em̄ in id ignorāte p. l. mar. ff. de inoffi. testa. ad fi. de pe. here. l. legitima. ff. de acq̄. here. l. clodi⁹. alia iura ad idez vide. s. de p̄scrip. §. j. ꝛ. q̄d siq̄s. ⁊ de loca. §. nūc ꝛo. ver. xiiij. Z.

¶ De damno infecto. Rica.

Hunc dicam⁹ de cautione damni infecti. Si igit. H. incipiūt ad lr̄am verba Rof. loco primo vbi. s. ibi

etiā numerat. xiij. necessaria vt hec licite petant ⁊ quicquid hic sequit ibi fuit eius. Z. edificiuꝫ alicui⁹ minat ruinam edificio vl predio alterius potest vicini edificij minātis ruinā petere q̄ sibi caueat nomīe damni infecti: que stipulatio ꝓtinebit totū interesse illi⁹ vicini. ff. e. in stipulat. ⁊. l. ß ⁊ si ꝓditōe. ⁊. l. dā. infec. ⁊ ꝓci. sic libel.

Libellus. Lor̄ aꝛ. ꝓque. de. p. quia edificium suū minat ruinā edificio meo vl cū habeat edificiū ruinoſuꝫ iuxta edificiū meū: ⁊ possit de facili damnū ꝓtingere. vnde peto q̄ mihi caueat nomīe damni infecti vl satisdet. ⁊ ad hoc ꝓpo. offi. iudicis. ff. e. l. j. ⁊. l. dies. ⁊. l. p̄tor. §. j. ⁊. ff. de p̄to. stip. l. j. Si aūt sit dā num subsecu

Libellus. Lor̄aꝫ aꝛ. conqueror tuꝫ sic ꝓci. li. de. p. q̄ mihi cauit nomine damni infecti propter tale edificium suum q̄ ruinaꝫ minabat: ⁊ tūc edificiū illud cecidit ⁊ totū meū edificium destruxit. vnde ago contra eum q̄ ꝓdictuꝫ damnum mihi emendet vel resarciat. ⁊ ad hoc ꝓpo. actio. ex stipulat. que pretoria est. ff. eo. pretor ait. §. j. ⁊. ij. vel cōcip. libel. vt. s. de pig. §. sequitur. ver. ceterum. H. Jbi ponitur forma qua exprimitur extimatio damni: vel si reedificauit exprimitur expensa facta ⁊ fuit loco secundo. de quo. s. ipsius Roffre. Z. actor ergo sic ponet.

Positio actoris. po. q̄ edificiū tale vl impositio si est in predio rustico est ita ruinoſa vel ruinoſum q̄ damnū difficili ex eo vl ex ea cōtingere potest. ff. eo. l. ij. Jteꝫ q̄ dānum vicio operis cōtingere posset vl cōtingit si iaꝫ datū est. ff. e. fluminū. §. j. ⁊. §. viciū. ⁊. §. iteꝫ seruus. Jtē q̄ denūciauī tibi vt mihi satisdares. Jtem si procuratori vel domui vl inquilino si est absens. ff. eo. dies. §. p̄tor. ⁊. §. totiens. Jtem q̄ iurauī vl paratus sum iurare q̄ nō peto cautionem animo calūniandi. ff. e. pretor. ⁊. l. qui bona. §. qui damni. ⁊. §. fi. Jtem q̄ ꝓmisisti vl cauisti mihi nomīe damni infecti. ff. e. pretor. ⁊. l. damni. Jtem q̄ iudex apposuit artū diē ifra quē debēt cautio ista durare ff. eo. dies: in prin. ⁊. l. qui bona. §. fi. Jteꝫ q̄ hoc solo remedio mihi ꝓsulitur. ff. e. si edibus. ⁊. l. qui bona. §. item is. Jtem q̄ has edes habebam vicinas tempe interposite stipulatōis. ff. eo. qui bona. §. siquis quia. ⁊. l. dam. infec. §. si is qui vicinas. Jtem q̄ tale edificiuꝫ iuste habebam iuxta tuū ruinoſum: vt in pre. l. qui bona. §. si is q̄ iuxta. sed hoc est iuī. Jteꝫ quia noluisti mihi cauere fui missus ex primo vl secundo decreto in possessionez edium que minantur ruinam: sed me ꝓhibuisti. super quo vide ⁊ conci. libel. vt. s. de primo ⁊ secundo decre. §. restat: in prin. ⁊ de eo qui mit. in poss. ꝛ. ceterum. Jtem q̄ cum fis domin⁹ insolidū cauisti pro tercia. ff. eo. stipulatio. Jtem q̄ damnum contingit culpa tua cauentis vel vicio edificij. ff. eo. fluminuꝫ. §. postq̄. et. §. cassius. ⁊. §. item apud iul.

Positio rei. pono q̄ edificiu⁹ ꝛo sic po. um meuꝫ est bene munituꝫ. Jtem q̄ illud damnum contingit ex nimia vi ventoruꝫ. Jtem q̄ mihi denūciasti extra iudicium. ff. eo. dies. §. hoc autem iudiciū. Jtem q̄ recusasti de calūnia iurare. C. de iuramen. calum. l. ij. Jtem q̄ post diem a iudice apposituī damnū ꝓtigit. Jtem q̄ poteras habere actōem cōi dī. cū sit res mihi ⁊ tibi cōmunis. Jtem q̄ edes ꝓ quibus agis emisti post interpositam stipulationem. Jtem q̄ illas illicite edificasti. Jtem q̄ volui cauere: sed cautionem recipere recusasti. Jtem q̄ es ꝑ tercia parte domus: et caui tibi pro tercio tue partis. Formam autem huius cautionis vide. s. de satisdatōe. §. fi. ⁊ quere vt ibi.

¶ De priuilegijs ⁊ excessibus priuileg. Rica.

H. Priuilegiū habuit iste titulus ab auctore. q̄ totū hic insertū fuit ei⁹: excepto breui ver. ß querit. ⁊. ver. se. q̄ ambo fuerūt additio. ⁊ Cin. vt ibi dicā ꝓmo agit posuit duos libellos aduersos. Secūdo nobis ī signat iura

